e-codices

quid vis antequam tollar a te et petiuit he
liseus ut spiritus helye duplex requiesceret
in eo Declara plus habet gaudii vnus homo quam
decem vel viginti quanto quis habet plus
de diuino amore de gracia de virtutibus
theologicis tanto plus habet de deo et de
cognicione dei Vnde illi in patria plus
habent de deo quam viatores quia perfectiores
racione amoris adherent enim deo insepa
rabiliter racione eius cognicionis et racione
fruicionis Non enim deus quo ad naturam seu
esse simplicissimum per corpus hominum diuiditur
sicut radij solis per fenestram diuiduntur
Diuisiones inquit graciarum sunt idem autem
dominus Tu dicis quomodo potest hoc esse quod deus totus
sit in duabus animabus et tamen vna plus habeat
de deo quam alia Dico per exemplum sensibile Vna
vox equaliter profertur coram multis
qui sunt in equali distancia non tamen illam
equaliter percipiunt quia contingit quod vnus auditorem
rem habet auditum quam alius et magis est
dispositus ad recipiendum tanto magis de
ducit ad propositum Modo deus ergo quod a creaturis
quas inhabitat non comprehenditur omnimodo com
prehensibilitatis sic enim persone in diuinis
mutuo se comprehendunt et nulla creatura
cum omnis creatura sit quid limitatum et fi
nitum nunquam enim aliqua creatura fiunt tante
perfectionis ut totum illud quod deus est compre
henderet quia limitate capacitatis est Sol
enim si centum annis effunderet radium suum
super vna stella nunquam illa stella totum lumen
solis acciperet quia nec capax tanti
luminis sic est in proposito

Notandum qui bene et vtiliter

in confessione se volt expedire ad laude
dei et ad maximum fructum anime debet in
singulis peccatis mortalibus discussionem facere
secundum suam possibilitatem et discrecionem Illud de
claro in singulis peccatis Ponamus quod vnus
homo veniet ad confessorem dicens Ego
dico culpam meam quod habui cogitaciones ma
las et tunc transit et credit se expeditum
Dico quod parum vel nichil valet Racio est quia
confessor tenetur scire et cognoscere peccatum
et circumstancias peccatum aggrauantes sed
illa non potest scire nisi per discussionem quam nescit
expedire illum Ergo dico quadruplex homo
interdum habet cogitaciones malas que transeunt
et de quibus dolet quod aduenerunt et multum
gaudet quod recedunt nec consensum dat tales
cogitaciones non sunt peccatum mortale nec veniale
male Secundo habet cogitaciones malas in quibus

morati et delectatur nec tamen proluntatem
consentit talis peccat venialiter Tercio ali
quis habet cogitaciones malas quibus proluntate
consentit ille peccat mortaliter non tamen
graui peccato mortali Quia enim peccata
mortalia grauia sunt vnum tamen grauius
alio Quarto aliquis habet cogitaciones malas qui
non tantum consentit sed eciam ad opus producit iste
peccat peccato mortali et graui Ergo quomodo
est talis distinctio in cogitacionibus malis
quomodo pure confiteris per illa verba cum
dicis ego habeo malas cogitaciones Et nisi
distinguas conformiter non potes hic
circumstancias peccatum aggrauantes Quantum
ad secundum dico venit homo et confitetur dicens
ego turbaui hominem verbis duris et postea
transit nec hoc sufficit quia verba turbatiua
non sunt eiusdem ponderis Interdum vnus
loquitur alteri verba turbatiua que cor hominis
vulnerant et sauciant non tamen tollet famam
hominis Interdum eciam loquitur alter alteri verba
infamatoria falsa et ficta ex rancore
quod grauissimum est ergo distinctio necessaria Si
quando tamen dicis ego turbaui hominem verbis
duris et non plus parum prodest vel nichil
Recipio tibi tercium peccatum Tu dicis ego dico
culpam meam de verbis leuibus et inutilibus
postea transis ad aliud nec hoc valet quia
non distinguis Interdum homo loquitur
verba leuia ad faciendum sibi solacium et gau
dium interdum tali intencione ut alios pro
uocet ad solacium Interdum ea intencione
ut alios prouocet ad malum tunc est graue
peccatum Dicit quarto aliquis ego confiteor quod ha
beo rancores contra vnum hominem et inimi
cicias non plus declarando nec ideo sufficit
quia interdum homo inimicatur alteri tali modo
quod vellet ipsum perire in corpore et omni bono in
temporali ad miseriam deuenire non tamen
optat sibi malum quantum ad animam Interdum
eciam homo habet inimicicias contra alium taliter
quod vellet ipsum perire perpetue in anima et hoc
est grauius quam primum hoc confitendum
est cum distinctione Dico tamen quod tu poteris
optare alicui homini ut pereat in rebus
et ad miseriam deueniat salua consciencia
quod tamen talis propter diuicias temporales nec deum
nec se recognoscit non tamen pretendas vin
dictam quia hoc non posset stare salua con
sciencia Accipe tibi quintum peccatum Tu dicis
dico culpam meam de ira non plus nec hoc
sufficit quia ira interdum tenetur in corde
interdum prorumpit ad extra in verba dura
quod grauius est interdum in operibus et factis
et tunc iterum grauius est De septo pecto

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 163r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/fr/vad/0070/163r)